

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Witteberga, 1670**

Quaestio III.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

- 48 Et cù:dam semetipsum occidere volenti sibiq; vulnus infligenti, dictavitius fustigationem cum perpetuarelegatione: Ad requisitionem Henrici ab Alnpecks. Mens. Febr. Anno 1630.
- 49 Mitiorem verò carceris vel temporalis exilii pœnam in eajusmili decernere non dubitavimus; ad consultationem Iudicis & Scabinorum Zwickaviensium. Mens. Febr. Anno 1629.
- 50 Non obstante huic opinione. si quis aliquid 38. §. 12. ff. de pœn. l. omne delictum. §. 7. ff. de remilitari. Quia illi textus loquuntur tantum de militibus, in quibus obtentatum homicidium gravius animadvertisendum est, cùm etiam gravius delinquent, siquidem maiorem animi constantiam & intrepitationem atque fortitudinem ostendere debent, quam cæteri homines. Gramm. dict. decis. 44. n. 4. Menoch. de arbitrii jude. quest. lib. 2. cas. 284. n. 23. 24.
- 51 Nec quicquam etiam adversatur, quod conatus seu effectus pari pœna puniatur, etiam effectus non secuto. Etsi enim hoc ita doceant Dd. comm. secundum Iohann. de Ligano c. ns. 20. n. 15. inter consil. crim. divers lib. 1. & verum etiam sit de jure communi; Attamen contrarium practicatur de generali consuetudine, qua non puniatur conatus seu attentatum, nisi etiam sequatur effectus: de qua consuetudine attestantur Boer. decis. 316. n. 3. Carrer. in praet. crim. fol. 186. num. 8. Bertran. conf. 169. n. 1. lib. 3. Gramm. decis. 2. num. 8. Gomes. in §. item si quis post n. 29. Inst. de action. Foller. in praet. crim. canon. fol. 235. num. 4. Iul. Clar. in praet. §. f. quæst. 92. num. 1. & alii quam plurimi ab ipso allegati.
- 52 Alii conatum pari pœna, ac si effectus secutus esset, tunc demum puniunt, quando lex vel statutum hoc expressè ita disponit. Iul. Clar. dict. q. 92. n. 2.
- Alli hoc solū verum esse existimant in delictis atrocissimis Felin. in c. 1. post. n. 9. vers. limita. 2. de offic. delegati Didac. Covarr. in Clement. si furiosus. fol. 276. n. 6. Alii deniq; hoc judicis arbitrio committunt. Vid. Iul. Clar. d. q. 92. n. 2. in fin.
- Quicquid sit in aliis criminibus, in delicto sane homicidii. L. i. qui cum telo. C. ad L. Cornel. deficar. & omnes aliae ll. punientes affectum, de consuetudine generali sunt sublate. Et ideo inferens vulnera etiam animo deliberato occidi, non punitur pœna homicidii ordinaria, sed tantum de vulneribus, teste Iul. Clar. in praet. §. homicidium. n. 74. Boff. de homicid. n. 3. 9. Anton. Gomez. de delict. c. 3. n. 20. Angel. Aretin. de malef. p. 103. n. 9.
- In genere quoque tradunt Practici Saxoniz: Etsi lex civilis puniat conatum, tamen Ius Saxo: solummodo punire eventum. Reinh. differ. pœn. 6. per. 39. Lehentrecht. Idemque statutum videmus in Constit. Crim. Carolin art. 178. Ubi, quando eventus delicti non est actum propinquam insecurus haud imponitur pœna ordinaria, sed permititur res arbitrio Peritorum: Quoties vero pœna permittitur arbitrio judicantis, levior pœna imponenda est VVesenb. part. 3. conf. 114. n. 34.
- Quod ipsum quotidiè in hisce terris practicari, & conatus ejusmodi si ad proximum actum fuerit deventum, fustigatione & perpetua relegatione coerceri solet.
- Quam pœnam dictavimus H. I. quum globulo ali quem transfixerat animo occidendi, qui tamen postea preter opinionem reconvaluerat. Versus Zittau, ad requisitionem Consulum & Senatus, M. Ian. Anno 1626.
- Pariter pronuncia vim in casu attitati homicidii, 58 Praefecto Pegaviensi Mens. Mart. Anno 1627.

## Q U A E S T I O III.

Ex quibusnam armis homicidium dolosum presumendum; Et quomodo puniendus, qui alterum manu, alapâ, vel ictu lapidis occidit?

## S V M M A R I A.

1. Pœna mortis pro quo vis homicidio irroganda est, siue hoc vulneratione, siue percussione perpetratum fuerit.
2. Quodnam homicidium propriè dicatur dolosum. n. 3. 8.
4. Qualitas armorum in homicidio probè est attendenda. u. 5.
6. Ex quibus armis dolus occidens presumatur. n. 7.
9. Referuntur arma ad occidendum apta. unde dolus occisoris presumendus. num. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
10. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 12.
19. An homicidium baculo perpetratum morte sit puniendum. n. 20.
21. Ex percussione cum baculo grandiori in capite dolus conjecturatur.
22. Responsa Scabinorum Lipsensium.
23. Bombardus cades regulariter perpetratur.
24. Sententia Scabinorum Lipsensium.
25. Homicidium armis ad occidendum verisimiliter apud perpetratum, morte punitur, etiam si unus occidendi desit.
26. Mortis supplicio supponendus homicida, quo cunque etiam modo cadem perpetravit, pungendo, pedibus calcando, suffocando in aquis, &c. n. 28. 30. 34. 35.
27. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 29. 31. 32. 33. 36. 37.
38. Homicidium pugno commissum quam pœnam mereatur.
39. Pugnus sapè plus nocet quam gladius.
40. In homicidio pugno perpetrato, de lethalitatè istius seu vulneris constare debet.
41. Casus refertur spacialis qui Lipsiae accidit.
42. Quanam pœna sit occidentis aliquem alapâ.
43. Prajudicium Scabinorum Lipsensium.

44. Intellectus textus Biblici Numer. 35. vers. 21.  
n. 45.  
46. Quomodo puniendus qui illu lapidis al: quem  
occidit.  
47. Referuntur opiniones diverse Interpp. num. 48.  
49. 56.  
50. Decisio vera huius Quest. onis.  
51. Explicatio l. omne delictum. § si quis ff. de remi-  
litare.
52. Sententia Scabinorum Lipsens. n. 53. 55.  
57. Expl. l. un. C. de emend. servor.  
58. Intellectus textus Biblici Numer. 35. v. 17.  
59. Falsit decisio in percussione, qua sit cum lapide.  
60. Responsum Scabinorum Lipsensium.  
61. Quid iuris si lapidem conjusens, animum habe-  
at occidendi.  
62. Unde animus occidendi hoc casu presumendus.  
63. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 64. 65.

**S**ECUND O Ampliatur Regula quest. precedenti. num. 1. posita, ut locum habeat in quovis homicidio, qualicunque etiam modo, aut vulneratione, aut percussione, hoc perpetratum fuerit, modo de dolo occidentis constet. Certi namque juris est, gladii pœnam constitutam esse pro eo tantummodo homicidio, quod dolo committitur, l. in Leg. Cornel. ubi Bartol. & Hippol. de Marsil. ff. ad Leg. Corn. de sciar. Inl. Clar. in præt. §. ult. q. 84. in pr. Anton. G. mez tom. 3. var. re-  
solut. c. 3. n. 15.

**2.** Quamvis verò Dd. communiter dolosum homicidium istud solum appellant, quod ex voluntate ac animo occidendi committitur, Carrer in præt. crim. in 3. tract. de homicid. & assafin. §. homicidii autem species n. 2. Plach in epit. deli-  
ctor. lib. 1. cap. 10 in pr. & n. 5. Inl. Clar. in præt. §. ho-  
micide. n. 5. vers. dolosum autem. Hoc tamen falsum esse, & dolosum homicidium quandoq; absque voluntate & animo occidendi perpetrari, suprà quest. 1. n. 28. demonstratum fuit: Ni-  
mirum, quando quis nolens occidere pravo ac doloso animo alterum percutit, ex qua percus-  
sione postea mors sequitur. Percutiens namque animo vulnerandi, vel quovis modo lœndendi, æquè in dolo est, ac si animum occidendi habe-  
ret: ut, qui scit, aut saltē scire deberet, certo &  
destinato modo vulnus dari non posse, ejusque voluntas fertur in percussionem, & in omne id,  
quod ex percussione dolosā immediate contin-  
git.

**3.** Ut sic dolosum homicidium dupli modo committatur, 1. voluntate & animo occidendi.  
2. animo solum vulnerandi vel percutiendi, unde mors immediate sequitur. Quod tamen re-  
stringendum ad eiusmodi vulnerationem seu percussionem, qua tali modo & instrumento fit,  
quod ad cædem perpetrandam aptum est, & quo communiter ac si pessimè mors inferri solet, ut ita percutiens à principio talem eventum necel-  
larior cogitare potuerit: Prout hoc fuit latius deductum suprà q. 1. n. 28. & 29.

**4.** Ad qualitatem ergo seu genus armorum, quibus homicidium committitur, necessariò respi-  
ciendum est, non quod ex iis animus occidendi semper & in fallibili potest ut volunt Fulgo ad l. §. Divus num. 1. ff. ad L. Cornel. de sciar. Hippol. de Marsil. num. 1. & 20. Salycit. in L. 1. num. 4. vers. simili. r. C. ad L. Cornel. de sciar. Farin. part. 5. crim. quest. 126. num. 117. Felin. in c. signifi-  
casti. num. 11 extr. de homicid. Capoll. conf. 31. n. 2. sed quia exinde dolus percutientis colligi potest. Si enim vulnus aut percussio facta fuerit cum ar-  
mis, ex quibus verisimiliter & ut plurimum per-

cussus mori solet, haud dubiè vulnerans vel per-  
cutiens dolosè interfecisse dicitur, ut cuius vo-  
luntas fertur in id, quod ex percussione seu vul-  
nere immediate & necessariò contingit.

Quam ob causam, differentiam armorum in 5  
delicto homicidii probè ponderandam esse,  
convincitur ex l. 1. §. Drus. ff. ad L. Cornel. de si-  
car. & l. 1. C. de emendat. servor. ibi: Si virgis aut lo-  
ris Dominus servum affixerit, aut custodia causa in  
vincula conjecterit, nullum criminis metum servo  
mortuo sustineat, sed tunc reus homicidii sit, si vo-  
luntate eum: ita fustis aut lapidis ceciderit, vel er-  
iè telo usus letale vulnus infixerit, aut suspendi la-  
queo perceperit, & c. l. omne delictum 6 § 6. ibi: si  
quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, mi-  
litia rejectitur, si gladio, caput amittit ff. & re milita-  
ri. Felin. in c. significasti. n. 11 extr. de homicid. Beluu.  
in præt. lib. 1. cap. 13. in gloss & ipsum interfecisset n.  
6. Iodoc. in præt. cap. 69. n. 2. Capoll. conf. 31. n. 2. Et  
clarior est textus in lute Divino Numer. 35. v. 18.  
ibi: Si ligno quo interfici quis possit, percussus interie-  
rit, percussoris sanguine vñdicabitur, &c. Quæ  
verba manifestè demonstrant, multum interest  
in crimine homicidii, an telo vel ligno, quo regu-  
lariter interfici quis possit, aliquis percutiat,  
vel non; Scilicet, quod is qui armis ad occiden-  
dum regulariter & verisimiliter non aptis, ali-  
quem interficit, hoc non dolosè fecisse existi-  
metur, adeoque nec pœnam homicidii ordina-  
riam incurrat.

Sed quanam sunt arma ad internectionem regu- 6  
lariter & verisimiliter apta? Armorum sanè ap- Q. I.  
pellatione comprehenduntur omnia tela, ut Quanam  
fustes, lapides, non solum gladii, hasta & fra- arma ad  
occidentia, l. 3. §. armis dejectum. ff. de vi & vi armata. regulari-  
Et armatos non tantum eos accipere debemus, ter apta  
qui tela habuerint, sed & eos qui habent ali-  
quid, quod nocere potest, l. armatos ff. ad L. lul.  
de vi publ. Telorum quoque appellatione o-  
mnia, quib⁹ homines nocere possunt, accipiuntur,  
l. hi qui edes. ff. ad L. lul. de vi publica. Et  
ICtus Cajus armorum appellatione non tan-  
tum scuta, gladios &c. galeas significat, sed & fu-  
stes & lapides in l. armor. ff. de verb. sign. Gell. ib.  
10 cap. 25.

Omnibusque hujus generis armis cædes per- 7  
petrati potest: Et si quidem homicidium ani-  
mo occidendi commissum fuerit, hoc sim-  
pliciter dolosum reputabitur. Quando verò  
animus occidendi abest; quænam arma hoc  
casu ad homicidium verisimiliter apta dicantur,  
ex quibus dolus occisoris conjecturari possit,  
regula certa definiri nequit, sed hæc res arbitrio  
Iudicis prudentis relinquenda, qui dili-  
gentis-

gentissimè & exactissimè genera armorum, uti & circumstantias quævis minimas considerabit; Veluti, à quo, quomodo, & in qua parte occisi facta sit percussio, & ita quænam arma, quæcunque percussio sit habenda pro verisimiliter ac regulariter apta ad internectionem, & ex qua percutiens eventum talenm tristissimum cogitare potuerit, facile constabit.

**§** In genere tamen norandum, quod homicidium dicatur dolosum, non solum quod gladio velense, sed & alio ferro seu armis ferreis committitur, §. item L. Corn. 5. Inst. de publ. jud. Quamvis enim in l. 1. §. Divus ff. ad L. Corn. de sciar. in verb. *Quamvis ferro per usserit, tamen leniendam esse pœnam, &c.* contrarium videatur dispolitum; Attamen textus ille de peculiari instrumento, **Cucuma**, nimirum intelligi debet: *Cucumam autem accipiunt pro vase coquinatio ad calefaciendum aquam apto, ex ære & terra confecto,* Carrer. in pract. 3. tract. de homicid. n. 37. Plach. in Epit. delict. cap. 10. n. 6. Simon Schard. in Lexic. in verb. cucuma. Menoch. de presumt. lib. 5. presumt. 40. n. 5. Vel profreni parte. Schard. dict. loco, ubi allegat Bartol. & glossam. in l. un. C. null. licere in f. etnis & equestribus. lib. 10. Ut ita cucuma licet ferrea homicidium dolosum non perpetretur. Vel etiam dici potest, textum istum de homicidio agere casuali; si nempe calu fortuito cum

**¶** ferro homicidium perpetretur: *Quod ipsum tamen ad eum qui voluntarie cum ferro percutit securar. non extendendam.* Homicidii igitur pœnam inboraria. currit, qui ferro vel securi arboraria aliquem occidit.

**¶** *Veluti pronunciatum ab Elec. Sax. Scabinis versus Annabergf. Ad Quæstorem David Gorcken. M. Mart. Anno 1582.*

**It:** Nach Petisch; *Ad consultationem Georg Müllers. M. Jun. Anno 1606.*

**Nach Mausis;** *Ad judicem & Scabinos. M. Jul. Anno 1613.*

*Ad nobiles fratres à Bünaue. M. Maj. Anno 1620.*

**Armafera.** *Quod & obtinet in ferro parvo seu armis ferrea minoribus, ut pugioe, brevi gladio, malleo, rra, ut cultro & parva securi vel securicula, quibus armis aliquem occidens & quæ dolosum homicidium committit, & pœna gladii plectendus est:*

**¶** *Lex enim Cornelia qua homicidas ul. ore ferro periequitur, de sciaris loquitur; tot. tit. ff. & C. ad L. Cornel. de sciar. Sicarii autem à Sica dicuntur, quod ferreum cultrum significat, §. item Lex Cornelia. 5. Inst. de publ. jud. Et propriè sicarii sunt, qui brevibus gladiis & pugionibus homines occidunt. Quintil. lib. 10 cap. 1. Capoll. c. ns. 5. 8. n. 7. Farin. part. 5. crim. quæst. 119 num. 11. & quæst. 126 n. 122. præsertim quia genus hoc armorum, prout experientia docet, magis est aptum ad occidendum, quam Ensis, aut aliud simile armorum genus.*

**¶** *Sic ei quis parvâ securi aliquem trucidavit, pœna gladii à Scabinis fuit adjudicata, Nach Dresden/an Richter vnd Schöppen / M. lun. Anno 1613.*

**It:** Nach Auma/an Stadtrichter. M. Febr. Anno 1617.

*Eadem pœna dictata ei, qui malleo alicui necem in-*

*tulrat, Versus Stützenbach / an Christoff Denharden. M. Octob. Anno 1601.*

Non solum autem ferrum, sed & lignum, vel **arma** **ll.** *arma lignea ad occidendum regulariter apta gressu.* sunt; Nam Lex Cornelius de Sicariis pœna afficit eos, qui teles nocent, quo nomine etiam venit <sup>12</sup> lignum, §. item Lex Cornelius. Inst. de publ. jud. imò telorum appellatione continentur omnia, quibus homines nocere possunt l. 11. §. telorum. ff. ad L. Iul. de publ. Iudic. in pract. cap. 69. n. 2.

Gladio itaque puniendi qui aliquem occidunt ligno ingente aut fulcro, *Vti pronuntiatum.*

*Carolo à Dukau. M. April. Anno 1602.*

**It:** Nach Mauschau / an Hans Mauchen. M. O-  
ctob. Anno 1619.

**Vel:** cum Palo, *Ad consultationem Hansen von Lüttichau. M. un. Anno 1582.*

**It:** versus Torgau / *Ad requisitionem quæstorie. M.*

*Oktob. Anno 1614.*

**Vel:** cum flagello frumentario, ut pronunciatum <sup>16</sup> *Senatus in Kembergk. Mens. Oktobr. Anno 1605.*

**Vel:** cum Pedo, vulgo, Hirtenkeule. Nach Ele-  
berg an Christoff Braun. Mens. Jun. Anno 1593.

**It:** Nach Gommern / *Ad Quæstorem. M. Augusti Anno 1607.*

**Vel:** cum Ligone herbario, Krauthacken. Nach Eschenhain / an Richter vnd Schöppen. M. April. Anno 1618.

Et hoc minus dubium habet ob textum etiam in luce Divino expressum Num. 35 vers. 18. ibi: *Si ligno quo interfici quis possit, per cuius interierit, per cuius sanguine vindicabatur, &c.*

**At quid de baculo habendum?** Certe quia ex <sup>19</sup> percussione cum baculo non facile quis moriatur, utique baculus inter arma quibus verisimili- **Q. II.** ter & regulariter homines interfici possunt, non connumerabitur; Neque homicidium baculo *An homicidium baculo perpetratum* pro do- morte *vindicatur.*

perpetratum, si animus occidendi desit pro dolor habendum, præsertim si percussio facta fuerit cum parvo baculo. arg. l. 1. C. de emenda: ser. dum 2. vor Fulgos. in l. 1. §. Divus ff. ad L. Cornel. de sciar. Decius cons. 9. num. 3. vers. & percutiens cum virgi. *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 97. num. 29. Farin. part. 5. crim. quæst. 125. n. 130. Bartol. an l. 1. §. Divus. inf. ff. ad Leg. Cornel. de sciar. ubi Hypol. de Marfil. n. 6. & 23. Felin. in cap. significasti illat. 2. n. 11. de homicidio. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & ass. ff. §. homicidii. autem species. n. 45. 59. Boff. in tit. de homicid. n. 37. Iul. Clar. in §. homicidium num. 4. vers. dicitur etiam culposum.*

Quod tamen fallit, quando percussio in capi- <sup>20</sup> te baculo grandiori graviter, & reiteratis vici- bus facta fuerit; quo casu percutiens à pœna gla- dii ordinariā vix le liberare poterit. Et ita intel- ligendi textus omnes, qui de iactu fustium lo- quuntur. l. 1. C. de emenda: serv. l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armat.

Quinimò ex percussione tali Dd. animum <sup>21</sup> occidendi præsumunt, Bartol. in d. l. 1. §. Divus inf. ff. ad L. Cornel. de sciar. Felin. in d. cap. signifi- casti. num. 11. Boff. de homicid. n. 38. & seq. Anton. B. 3. Gomez.

Gomez de delict. c.3. n.17. & 18. Et pœnam ordinariam homicidii imponi posse, etiam si bastonatae non fuerint date in capite, existimat Menoch. de presumt. lib.5. presumt. 40. n.11. Vn' pell in conf. 126. n.1. 9.

22. Hinc nobili cripiam, qui puerum baculo caput ejus percutiendo necaverat, pœna gladii fuit dictata. Nach Schlezen/ an Schöffer. M. Febr. Anno 1597.

Pariter in simili casu pronuntiatum fuit, Nach Torgau/ an Schöffer. M. Jun. Anno 1602.

Bombarda seu Archibusis, quin interar-  
ma ad homicidium regulariter apta reserbi debe-  
bant, vix dubitari potest: Tum quod iustum Sclopeti  
vel Archibusis homines communiter vitam pri-  
ventur, nec vulnerati faciliter reconvalescant. Tum

23. quod sagitta & telum in numero armorum ad  
necem aptorum, præcipuum obtineat locum,  
§.5. Inf. e publ. jud. l. arm. uos ff. ad l. Jul. de vi publ.  
multo magis ergo archibutium, quo vulnera sol-  
lent infligi multum periculosiora: prout tradit  
Menoch. de presumt. 40. n. 7. Far n. part. 5. crim.  
quest. 126. n. 117. Carrer in pract. in 3 tract. de homi-  
cid. & ass. §. homicidii autem species n. 58 Blanc. in  
tract. §. iis sic prem. ff. n. 60. fol. 126. Boff. de homicid.  
n. 37. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. n. 17. Plach. in  
epit. delict. lib. 1. cap. 10. n. 6.

Adeoque is qui exonerando sclopetum seu  
archibusum necem alicui infert, absque dubio  
dolosum dicitur perpetratum homicidium, obq;  
id capite plectendus est.

24. Veluti si pronuntiatum versus Illenurgum. Ad  
consultationem Questoris. M. April. Anno  
1604.

Domino: um à Schönburg. M. April. Anno  
1604.

Versus Reichenbach/ ad requisitionem Iudicis oppi-  
d. ni. M. Octob. Anno 1604.

Nach Eversberg/ ad consultationem Questoris.  
M. Mai. 1607.

Senatus Sangethusani. M. Jun. Anno 1609.

Nobilium à Beuvruij. M. Mai. Anno 1611.

Ad Contrauionem Sebastian von Schwarzen/  
nach Dibren M. Octob. anno 1612.

Versus Mühlberg/ ad petitionem Questoris. M. Jul.  
Anno 1614.

25. Hisce itaque armis, qui aliquem vitam privat,  
absque dubio pœnam homicidii ordinariam in-  
currit, etiam si non habuerit animum occiden-  
ti: eo quod dolosè percussit aut vulneravit ar-  
mis ad homicidium perpetrandum verisimiliter  
aptis, cum eventum mortis cogitare facillime  
potuerit.

26. Quod verum sive quis pungendo, sive percu-  
tiendo aliquem occidat. Quinim si quisarma,  
veluti cultrum aut pugionem conjicendo ali-  
quem transfigat, pena gladii a quæ te nebitur;  
tum quod hæc pœna pro homicidio absque de-  
terminatione alicujus modi imposta est, tot. su.  
ff. & C. ad L. Cornel. de sciar. tum quod homici-  
dium dicatur perpetratum quoconque etiam  
modo quis sit occisus. I. quæ actio. n. §. occisum ff.  
ad L. Aquil. Farin. part. 5. crim. quest. 119. n. 10. Ti-  
ber. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 18.

Ideoq; Elekt Sax. Scabini pœnam gladii imponere 27  
non dubitaverunt eidam Reo, qui conjicendo  
parvum gladium (etiam Ploëge) in A. L. psum ne-  
caverat, Ad consultationem Senatus Quedlin-  
burghensis. M. Novemb. Anno 1602.

Eandemq; pœnam imposuerunt ei, qui projicendo, in 28  
aliquem cultrum venatorum venas ipsi d. ff. n.  
erat, cumq; occiderat, an Joachim von Rodicke. An  
homicidii incurrat,

Præterea quoq; homicidium dolosum repu-  
tatur istud, quod absque armis committitur. Ita calando,  
enim Lex Cornelii de Sicariis & Veneficiis pu-  
aut suffo-  
nit cum, qui hominem occidit, absq; ullâ restri-  
cando in  
ctione, modo homicida fuerit in dolo, l. 1. in pr. aguis ho-  
minem in-  
ff. ad l. Corn. de sciar. Adeoque & homicidii pa-  
terficii 29  
nam incurrit, qui hominem interficit, Pedibus cum calcando, l. necare ff. de lib. agnos. l. cum qui C.  
ad L. Corn. de sciar.

Veluti sic pronuntiatum, Versus VVeiffenfels, An  
Amp; svolt. M. Octob. Anno 1602.

Vel suffocando in aquis, l. quæ actione. §. occi. 30  
sem. ff. ad L. Aquil. De ian. in tract. crim. lib. 9. cap.  
18. Farin. part. 5. crim. quest. 119. n. 9 Petr. Theodor.  
in colleg. Crimin. d. ff. 7. th. 1. lit. F.

Quod responsis suis approbarunt Scab. Lips. dictantes  
pœnam gladii B. S. qui igno aliquem percutiendo  
in Eysterum fluvium precipitavit, cumq; postea  
aquis submersit & suffocavit. Versus Martisbur-  
gam. M. Jun. Anno 1599.

It: Ad requisitionem Dn. Comitis à Mansfeld. M. 32  
Jul. Anno 1616. Quando H.S. patris su: ancillam,  
a seipso prius impregnatam, in aquam projectis &  
suffocavit.

It: Ad consultationem Nobilium à VVolfersdorff. 33  
Anno 1620. cum H.S. feminam à se impregna-  
tam, manibus sub aqua tamdiu continuo, usque  
dum ipsa animam exhalavit.

In quibus duabus Sententiis posterioribus ob atroci-  
tatem criminis, dum una cum matribus partus  
quog; in uteris maternis fuerunt interempti, pa-  
na ordinaria exasperata, & delinquentibus sup-  
plum Rota dicitum fuit.

Vel etiam manibus percutiendo, non adhibi-  
tis armis, aut aliis instrumentis, l. 7. §. occisum ff. 34  
ad L. Aquil. ibi: Occisum autem accipere debemus, Num pœ-  
nitive gladio, sive etiam fuste vel alio telo, vel manib; na komi-  
siorie str. angulari cum vel calce perut, velta, ite, tur, qui  
vel qualiter qualiter &c. Tib. Decian. in tract. crim. pugno vel  
lib. 9. cap. 18. Petr. Theod. d. ff. 7. th. 1. lit. F. Ius. colapho a-  
Clar. in pract. §. homicidium. n. 4. & 8.

Quod tamen dubio non caret, cum enim  
manibus percussus solâ percussione non faci-  
lè moriatur, non videtur dolosè occidere is, qui  
aliquem verberibus coërcet, ut qui eventum  
mortis vix somniare potest. Pro resolutione ita-  
que hujus dubii tres causæ sunt distinguendi.

PRIMVS CASVS est, quando quis vehe-  
menter aliquem manibus ac pugnis contundit, Primus  
miserrime cōscindit, ac ferè exossat: hic certè, si  
ex vehementi istâ percussione mors subsequatur,  
dolosum comittit homicidiū, adeoq; pœna  
homicidii ordinariā afficiendus, & capite ple-  
ctendus est, præsertim cum ex percussione ejus-  
modi horribili & crudeliaminus occidendi pre-  
sumendus sit, qui si deesset in percutiente, is  
hanc

- haud dubiè affectus suos temperando occisum  
ceu incudem non verberasset.
- 36 Hinc quando M. M. aliquem in terram dejet, una  
manu ingulum compressit, altera vero tam vehe-  
menter percussit, ut exinde percussus obierat, ca-  
pite cum plectendam esse, pronunciarunt Scabi-  
ni, Versus Schmiedeberg. ad Consultationem  
Senatus, M. Martio. Anno 1605.
- 37 Quam pœnam etiam dictaverunt H. S. qui C. T.  
vehementissime percusserat, tot plagas, totq; ictus  
ipsi insigendo, iug. dum animam expiraverat.  
An Jacob Henrichen von Wendebelen. Mens.  
Aug. Anno 1612.
- 38 SECUNDVS CASVS est, si quis alteri  
Secundus colaphum infringat, manu tamē contractā, sive  
causa. pugno, mit voller Faust: hic, si percussus inde mo-  
riatur, à pœna ordinariā homicidii nullatenus  
excusabitur, præsertim si percussio fiat in loco  
periculoſo circa tempora capitū: Neque enim  
percutiens pugno caput extra dolum est, ut qui  
icit, aut saltem lecere debet, necem pugno inferri  
posse, si servus servum. §. simulier pugno. ff. ad L.  
Aquil. Blanc in tract. crim. §. si præmissis. n. 37.  
fol. 128. in fin. Anton. Gomez. de delict. lib. 1. cap. 3.  
n. 17. Plach. in epitom. delict. cap. 10. n. 6. lib. 1. Ma-  
scard. de probat. lib. 1. concl. 97. n. 29. & lib. 2. concl.  
86. n. 4. Brun. a Sol. quæst. 43. n. 41.
- 39 Quinimodo lapē pugnus plus offendit propter  
fortitudinem corporis pugnum inferentis, quā  
gladius. Odofred. in l. scientiam. §. qui cū aliter.  
ff. ad L. Aquil. Hostiens. in c. significasti. n. 10. ext.  
de homicid. Iacob. Bonlen. in rep. l. capitalium. §. fa-  
mosos. n. 140. vers. nisi si ille multo major. ff. de pœn.  
Farin. part. 5. crim. quæst. 43. n. 41.
- 40 Quo tamen caluante omnia constare debet,  
ictum pugno illatum fuisse letalem; nam si ca-  
sus forsan aliis superveniat, veluti si pugno per-  
cussus in terram cadat, capite in lapidem illiso,  
Iudex ad pœnam homicidii ordinariā devenire  
nequit, ut quis semper dubius est, an percussus ex  
sola percussione, an vero aliis supervenientibus  
symptomatibus mortuus fuerit. Carrer. in tract.  
in 3. tract. de homicid. & ass. §. homicidij autem  
species. n. 46. 49. Plach. in epitom. delict. lib. 1. c. 10.  
n. 6. Menoch. de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 324. n. 6.
- 41 Casus ejusmodi accidit Lipsia. Anno 1625. quam P.  
H. rustico: nupiam Schönfeldensi in cellā vinaria  
manu contrahit sive pugno colaphos aliquot in-  
fregerat, ex quibus rusticus in terram prolapsus,  
subito mortuus fuerat: Quamvis enim secundū  
judicium Medicorum percussio sive ictus illatus  
pro lethali habetur, adeo, & quidam ex Do-  
minis Scabini pœnam gladii dictandam esse ex-  
istimabant; Attamen quia percussus in fulcrum  
mensa prolapsus erat, unde dubium oriebatur, an  
non magis ex capitis in lignum illisione, quam  
percussione rusticus animam exhalasset, reliqua  
sententia se verioritatem fuit conclusum, delin-  
quentem hoc casu virgis casum in perpetuum re-  
legandum esse. Ad requisitionem Pratoris Li-  
psensis. M. Aug. prædicti anni.
- 42 TERTIVS CASVS est, Quando quis  
Tertius alicui colaphum impingit manu vacua mit fla-  
casu. ther Hand; tunc licet percussus mortuus fuerit,  
percutiens tamen ultimo suppicio non affici-  
endus, neccapite plectendus est.

Tum, quod hoc casu mors præter omnem in-  
tentionem & mentem percutientis supervenit,  
qui etiam in dolo neutquam versatur, cum ra-  
rissimè vix accidere queat, ut ex alapā quis mo-  
riatur.

Tum, quod percussus exали symptomatibus  
potius supervenientibus mortuus præsumatur,  
vid. qua tradit Alexand. ad Bartol. in l. 1. s. Divin.  
litter. c. ff. ad Leg. Corn. de sciar. Ideoque hoc casu  
aliam pœnam præter relegationem imponendā  
non esse, arbitratur Decius. cons. 9. in 3. Blanc. in  
præt. crim. §. is. sic præmissis. n. 36. Menoch de præ-  
sumpt. lib. 5. præsumt. 40. n. 10. Foller. in præt. crim.  
in verb. pœnis debitiss. seriantur. n. 34.

Quam opinionem secuti sunt Dn. scabini Lipsenses, 43  
diplantes pœnam perpetuae relegationis H. P. qui  
senem quendam bis manu vacuā percutiendo,  
mortem ipsi intulerat, Nach Weissenfels. an  
Amptvoogt. M. Jun. Anno 1597.

Videtur tamen obstat Ius Divinum Num. 35. 44  
vers. 21. ibi: Si per odium quis hominem impulerit,  
aut cum esset inimicus manu percutserit, & ille mor-  
tuus fuerit, percuttor homicidij Reus erit, cognatus  
occisi statim ut invenerit eum, iugulabit, &c. Vnde  
sequitur, eum qui manu vel alapā hominem o-  
cidit, Reum esse homicidii, adeoq; ultimo sup-  
picio puniendum.

Sed Rep. 1. Textum illum Biblicum accipien-  
dum esse de eo, qui vel animo occidendi, vel  
pugno aliquem vehementer percutit & occidit,  
non autem de eo, qui manu vacuā alapam alicui  
infringit.

2. In prædicto textu Num. 35. v. 21. vocabulum 45  
manus usurpatur pro robore, viribus & potestate,  
perinde ut Deut. 32. v. 36. recessit manus, h.e. vires  
manuū, robur ac facultas omnis. 2. Sam. 14. v. 19.  
num manus Iobī, h.e. opera Iobī. Num. 35. v. 1.  
per manum Moysis & Aaronis, h.e. opera Moysis &  
Aaronis. Iob. 5. v. 20. amanib⁹ gladij, h.e. potesta  
te gladii. Dan. 6. v. 27. de manu, h.e. potestate leo-  
nū. Ut sensus sit, eum qui datā operā & propriis  
viribus hominem occidit, homicidii reum esse.

Quæritur porro, Quid de homicidio lapide com-  
missio habendum, Velut si quis studio & operā lapi- 46  
dem in aliquem conjiciat, eumq; occidat, (nam qui Q. V.  
lapidem versus canem aut in aērem proiicit, & Numbo-  
tranleuntem occidit, de culpā solū tenetur, & micidium  
pœna arbitriā plectendus est, Menoch. de ar- commissā  
bitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 324. Farin. part. 5. crim. pœnam  
quæst. 126. n. 17. 18. ) anne istud pro doloso reputan- reatur?  
gladij mea-  
dum, & homicida decapitandus sit?

Quod affirmare videtur Anton. Gomez. de 47  
delict. cap. 3. rubr. de homicid. n. 17. 18. Vulpell. in  
cons. 126. per totum. Iodoc. Damhoud. in præt. cap.  
69. n. 3. Vbi lapidem inter arma ad occidendum  
apta ponit. Idque probari potest per textum in l.  
armorum. 41. ff. de verb. sign. ibi: Armorum appellati-  
onem utiq; scuta, & gladios, & galeas significat, sed  
& fustes & lapides. Clarior est textus in l. un. C. de  
emendat servor. ibi: sed tunc Reus homicidij sit, si vo-  
luntate eum ictu fustis aut lajidis occiderit, &c.

Et quis negabit, lepide præsertim magno &  
ingenti homines æquè occidi, ac gladio vel alii  
armis, ut si lapide proiiciens dolose agere & oc-  
cidere necessariò dicatur.

Cum quo convenit Ius Divinum in Num. 35. 48

Pars I. Quæst. III.

20

*vers. 16.17. ibi: Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit quis percussus est, Reus erit homicidii & ipse morietur; si lapidem jecerit, quo interfici aliquis possit, & ictus occubuerit, similiter punietur, &c.*

49 Contrarium, quod scilicet lapidem in aliquem conjiciens, quamvis eum interficiat, regulariter non ordinaria homicidii pœna, sed mitiori arbitraria puniendus sit, defendit Felin. in cap. significasti. n. 11. extr. de homicid. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assaff. §. homicidii autem specie n. 52. Foller in pract. crim. in verb pœnis debitu feriantur. 33. Blanc. in pract. ordin. §. ius sic præmiss. n. 62 fol. 129. Far. part. §. crim. quæst. 125. n. 137. Menoch de præsum. lib. 5. præsumt. 40. n. 5. Dan Moller. 1. semestr. cap. 33. Egid. Böß. in tract. crim. sit. de homicid. n. 39.

Qui omnes pro stabilienda sua opinione hoc fundamentum adducunt, quod proiiciens lapidem non præsumatur habere animum occidendi. Quod ipsum tamen ad hoc, ut locum habeat in occidente pœna ordinaria gladii, necessariò non requiri, demonstratum fuit suprà quæst. 1. n. 28. & seqq.

50 Mislo itaque hoc fundamento, pro confirmatione hujus ceu verioris opinionis dici potest, projectione lapidis, præsertim si non sit gravis, homines raro occidi; proinde licet quandoque contrarium eveniat, non tamen homicidium regulariter pro doloso habendum est, quia proiiciens lapidem ab initio eventum mortis, qui raro exinde contingit, necessariò cogitare non potuit, adeoque nec regulariter pœna ordinaria gladii hōc casu obtinebit, arg. c. significasti. ibi: ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, &c. extr. de homicid. L. 1. C. de emendat. servor.

51 Accedit textus expressus in l. omne delictum. §. si quis commilitonem ff. dare militari. ubi expresse dicitur: si quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militare reicatur, si gladio caput amittit. Quæ sane verba manifestè differentiam inter homicidium gladio commissum, & id quod perpetratur lapide, constituunt, illudq; solum morte puniri jubent.

52 Quam opinionem Elekt: Sax: Scabinos in respondendo secutos fuisse, Ad consultationem Prefecti Sangerhus. Mens. Octobr. Anno 1583. testatur Moller. 1. semestr. 33.

53 Et secundum eam etiamnum hodie in Scabinatu pronunciari solet, Utelius ita responsum fuit, nach Arnshang ad requisitionem Quæstoris, hisce verbis.

Ob nun wol inhalts der gerichtlichen Nuge/ der Beschädigte alsbald sprachlos worden/vnd des andern Tages hernach verstorben/sun soll/dieweil aber dennoch bewehrter Rechtsgelehrten Meinung nach/in dergleichen Fall der Vorfall/ einen vmbs Leben zu bringen/nicht zu vermuchen/noch auch sonst die Todesstraff statt hat/so verbleibe der gefangenem, T. gestalten Sachen nach damit verschone/Er wird aber gleichwohl mit Staubenschlägen des Landes ewig billig verwiesen V. R. W. M. Iul. Anno 1602.

54 In simili quoq; casu fuit alicui adjudicata fustigatio cum perpetuā relegatione, Ad consultationem Quæstoris Sangerhusani. M. Iul. Anno 1621. Pariter quoq; nuperrimē pronunciatum fuit Quæstori Ilenburgensi. M. Mart. Anno 1628.

Quandoq; etiam hoc casu fuit dictata perpetua relegatio absq; fustigatione, pro ratione circumstan-  
tiarum cuiusvñ casu pœnam delicti determinen-  
tium Versus, Weimar / an Landrichter. Mens.  
April. Anno 1610.

It: Versus Dresdams, Ad requisitionem Quæstoris.  
M. Iul. Anno 1620.

Huic opinioni non adversantur, quæ supra in contrarium fuere adducta, Quantum enim ad hoc, quod Iodoc. Damhoud. in pract. c. 69. n. 3. lapides inter arma ad occidendum apta ponit; Istud quidem concedi potest, nego tamen projectione lapidis, perinde ut gladio vel aliis instrumentis, ut plurimū homicidium committi: Cū ergo per raro hoc fiat, proiiciens lapidem, ut qui contrarium eventum tam facile cogitare non potuit, in dolo haud esse videtur, adeoque nec regulariter capite plectendus est.

Ad l. un. C de emendat. servor. quod attinet: benè ponderandum, quod ibidem expressè agatur de homicidio voluntatio, in verb: Si voluntate eum illu fuisse aut lapidū ceciderit, &c. Is autem qui voluntariè & ex p. oposito lapide aliquem occidit, à pœna ordinaria excusandus nō est, ut paulò postdicetur. Vel Ref. Nil aliud probari ex d. l. un. quam quod proiiciens lapidem sit Reus homicidii, quod non nego, exinde tamen non sequitur, eum ordinaria pœna afficiendum esse, cūm non omne homicidium sit dolosum, neque etiam quivis homicida gladio puniri debeat.

Similiter non adversatur textus Biblicus Nu-  
mer. 35. vers. 17. Quia in hebraico textu, unde genuina interpretatio defumenda est, habetur vocabulum חַכָּם Hiccah, quod teste tob. Buxtorfio in lexic. hebraico, fol. 463. idem est ac percute-  
re; Ut sensus sit, si lapide percusserit, quo interfici quis possit, &c. Jam verò longè diversa sunt, lapide aliquem percutere, & lapidem in aliquem coniicere: Qui enim lapide aliquem percutit, atque occidit, æquè in dolo est, ac is qui gladio hominem interficit, proinde & percutiens gladii pœna afficiendus est; Qui verò coniicit lapidem in aliquem, juxta supra dicta aliquo modo excusari potest.

Ex quibus appetat, prædictam opinionem, quod scilicet conjiciens lapidem in aliquem, si occidat eum, non ordinaria, sed mitiori arbitraria pœna afficiendus sit, limitandam esse.

Primò, ut locum non habeat in eo, qui non coniicit lapidem, sed lapide aliquem percutit, & occidit, hic enim in dolo versatur non minus, ac ille, qui gladio alicui necem infert, vix enim fieri potest, ut quis lapide præsertim in capite percutius non moriatur, quod quia percutiens scit aut scire debet, utique percutiendo, homicidium dolosum committit, adeoque pœnam gladii effugere nequit. Vulpell. conf. 126. Farin. part. 5. crim. quæst. 125. n. 141. ubi expressè loquitur de eo qui lapide percutit aliquem.

Quod observarunt Scabini dicitantes pœnam gladij  
VV.K. qui lapide faciem & frontem alicuius per-  
cutiendo, ipsum interficerat. Versus Senften-  
bergi Ad requisitionem Quæstoris. M. Jun. an-  
no 1605.

Limi-

61 Limitatur secundum huc opinio, si constet, coniicientem lapidem habuisse animum occidendi, tunc absque dubio pœna gladii ordinaria occisoris imponenda est. *Felin* in c. significasti n. 11. extr. de homicid. *Boss.* de homicid. n. 39. *Menoch.* de presumpt. lib. 5 presumt. 40. n. 14. *Plach.* in epit. delict. lib. 1. cap. 10. n. 6. in fin. *Blanc.* in pract. crim. §. sis sic præmissis. n. 62. in f. *Carrer.* in pract. in 3. tract. homicid. & assas. §. homicidij autem species. num. 54.

62 Colligitur autem hoc casu animus occidendi ex variis circumstantiis; Ut si quis proiiciat lapidem admodum gravem & ponderosum. *Boss.* de homicid. n. 39. Vel si quis ad eum, in quem vult lapidem coniicere, propius accedat; quo sanè casu ictus est periculosior: Aut si proieccio fiat

reiteratis vicibus in loco periculo capitis, oculorum, &c. quæ omnia iudicis arbitrio committenda sunt.

*Merito itaq; pœna gladij à Scabinis adjudicata* 63  
fuit A.H. qui M.F. reiteratis vicibus coniiciente lapidem gravem in faciem & caput ejus, occiderat, *Versus Freybergi* / Ad requisitionem iudicis oppidani. *Mense Aug. Anno 1593.*  
*Eadēm pœna afficiendum esse A. M. in casu simili* 64  
pronunciatum fuit Praefecto in Hildburghausen.  
*Mens Decembr. Anno 1601.*

*Quam pœnam quoq; decernere nō dubitavimus ei.* 65  
qui ades alicujus ingressus, lapidem ponderosum, cum quo proprius accesserat, ipsi in caput conjectrat, cumq; hoc modo necaverat. *Ad requisitionem Quastoris Scandicensis.* *Mens Jun. Anno 628.*

## Q VÆSTIO IV.

*Quæ sit Pœna mandantis homicidium, ut & ipsius Mandatarii.*

S V M M A R I A.

1. Nil refert an quis propriis manibus, an verò alterius ope aliquem occidat. n. 11.
2. Quomodo mandatum homicidii differt ab Assassino.
3. Quomodo itidem differat à Consilio.
4. Mandans & mandatarius sunt correlata.
5. Delictum mandantis & mandatarij unum & idem est.
6. Mandatarius pœnam homicidij incurrit.
7. Mandatum Domini, servum in delictis non excusat.
8. Negat mandatum Patris, aut jussus judicis.
9. Mandans homicidium tenetur pœna ordinaria. n. 14.
10. Nil interest, an quis ipse occidat, an verò causam mortis prebeat.

1. Parum refert, an quis propriis manibus aliquem occidat, an verò per intermedium personam, ejusque auxilio & ope hoc efficiat, quum uterque occidat. Reusque fiat homicidii. Eaque Tertia est Ampliatio Regula traditæ supra q. 2. n. 1, scilicet, ut haec in mandante quoque & jubente aliquem necari locum sibi vendicet.

2. Mandare autem propriæ dicitur, quia aliquid sine mercede homicidium exequendum committit; quando enim pecunia intervenit non est propriæ mandatum, sed assassinum. *Tib.* *Decian.* in pract. crim. lib. 9. c. 31. n. 1. Idque fieri debet in gratiam mandantis. In quo differt à consilio, quod totum tendit in utilitatem consultantis, non consulentis, cum contra mandatum tendat totum in utilitatem mandantis. l. 1. ff. *mandat.* *Bar.* in l. non solum. §. si mandato, in l. q. vers. veniam ad persuasionem, ff. *de injur.* & plus est mandare quam consulere.

4. Cumq; mandans & mandatarius procul dubio sint correlata, sicut Dominus & servus, pater & filius, uxor & maritus, auctor & Reus, &c. ideo secundum naturam correlativorum, posito uno

12. Mandans plus delinquit, quam mandatarius in homicidi delitto.
13. Quatenus obligatio oritur ex mandato rei turpis.
15. Sententia Scabinorum Lipsiensium. n. 16.
17. Mandans non tenetur, si mandatarius fines mandati excesserit. n. 18.
19. An mandans vulnerare solum, teneatur de homicidio mandatarij. n. 20. 21. 24. 25.
21. Animus occidendi non semper requiritur ad irrogatio em pœna homicidij. n. 23.
26. Responsum Scabinorum Lipsiensium.
27. Virum mandans puniendus ob homicidium, quod mandatarius etiam absq; mandato perpetratus fuisset. n. 28. 29.
30. Vnde propositum mandatarij conjecturandum. n. 31.
22. Sententia Scabinorum Lipsiensium.

ex iis, necessariò ponitur & alterum, l. fin. ff. de acceptilat. *Bald.* in l. nemo martyres, & in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. & in l. conventicula. C. de Epist. & Cler. *Tib.* *Decian.* in tr. crim. lib. 9. cap. 33. n. 1.

\* Obque id homicidio secuto, delictum mandantis & mandatarii ferè unum & idem est, *Bar.* in l. sed si unius. §. servus meus. n. 5. *de injur.* *Cyn.* in l. non ideo minus. C. de accusat. *Decian.* dict. lib. 9. cap. 32. n. 5.

\* Vterq; igitur pœna homicidii tenetur. Quod & quidem in persona *Mandatarij* vix dubium habet, ut qui ob mandatum non excusat. *Bartol.* in l. non solum. §. si mandato ff. *de injur.* *Decian.* dict. lib. 9. cap. 37. n. 1. Turpis namque vel in justæ rei mandatum adeò non est obligatorium, ut ne juramento quidem confirmetur. l. 9. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. ff. *mandat.* c. non est obligatorium. de Reg. jur. in 6. *Iul.* *Clar.* in pract. §. f. quest. 89. num. 1.

Neque mandatum Domini regulariter servum in delictis excusat. l. servus non in omnibus ff. de obligat. & aliien. l. 1. §. quoties. ff. quod vi aut clam.